IN arma Spectabilis & Magnifici domini, Dñi Christof[…]i Palatini & Capitanei Cracou. ac Reg[…] Poloniæ Cancellarij. &c.

Iure ferunt Reges, non agnos siue columbas,
Hæc quæ præda solent, h[…]stibus esse suis.
Sed gestant aquilas, serpentes atq; leones,
Imperium quorum, cætera quæq; ferunt.
Sic auctare uolens, Illustri nomine Cæsar
Stemma Palatini, Nobile Christophore.
Hoc fuluum dyadema dedit tortumq; draconem
Regnis ut Satrapes regia arma gerat



Arma ipsa.

Signa sumus celebrata tuæ, Christophore stirpis
Virtute & meritis, sed magis aucta tuis.
Per te Magnificos illustri nomine patres
Vincimus & patrie dicimur esse decus.